

- stabilium legatorum, *ibid.* §. nec licet.
- 157 Immo sunt incapaces, etiam legati pecuniæ unica præstatione, & solutione implendi, si summa legata sit magna, & relevans, quia adhuc repugnat paupertati perfectè, & rigorosè, non enim eget, qui magnam summam pecuniæ possidet. *Bartol. in tract. Minoriarum lib. 2. dist. 1. c. 1., & 2., Ancharan. in eod. Clem. exvi num. 9., summa autem videtur excedens, & magna ad hunc effectum, si duos aureos excedat. l. idest ff. de dolo, vel ad summum dicas, quod Pauper non est, qui habet summam 50. aureorum, Menoch. de arbitr. Judic. c. 65. nu. 3., Leoncil. de privileg. Pauperum p. 1. q. 3. num. 3. q. 5. num. 45., & legatum minoris factum pro alimentis pro una die valeat, pro mense vix valeat, *Surd. de alim. tit. 8. privil. 7. num. 11.**
- 158 Sexto, tandem prædicta videntur firmari, ex *Trid. sess. 25. c. 1.*, ubi præcipitur, ut omnes Regulares, tam viri, quam mulieres ad regulæ, quam professi sunt, præscriptum, vitam instituant, & componant, cum igitur nostræ Capucinæ professæ sint regulam prohibentem habere bona etiam in communi, dicendæ sunt omnino incapaces quorumcumque legatorum, & consequenter ea legata esse nulla, & ab hæredibus non solvenda.
- 159 Verùm prædictis minimè obstantibus, pro ut re vera non obstant, dicendum est ea legata procul dubio ab hæredibus solvenda, quia etiam dato per impossibile, quod Moniales essent incapaces, cum legata pia non caducentur, deberent ab Episcopo in aliud opus pium commutari, *Moneta de commutat. ultim. voluntatum cap. 4. à num. 130., & seqq., Barbosa de Universo Jure Eccl. lib. 3. cap. 27. à num. 46., & seqq. sed.*
- 160 Clarissimi Juris est, quod Moniales Capucinæ, etiam profitentes primam, & strictiorem regulam Sanctæ Claræ sunt capaces omnium, & quorumcumque legatorum, etiam annuorum, etiam stabilium, & sic consequendi, possidendi, & retinendi bona in communi, tam stabilia, quam quæ pro stabilibus habentur, & est communissima D.D. sententia.
- 161 Patet quia *Trid. sess. 25. c. 3.*, concedit omnibus monasteriis, & domibus, tam virorum, quam mulierum, & mendican-

tium, exceptis domibus Fratrum Sancti Francisci Capucinatorum, & eorum, qui Minorum de observantia vocantur, etiam quibus, aut ex constitutionibus suis erat prohibitum, & nomine constitutionum venit regula, *Roderic. qq. can. tom. 3. q. 29. art. 4.*, aut ex privilegio non erat concessum, ut deinceps bona immobilia eis possidere liceat, cum ergo soli Capucini, & Minoritæ excipiantur, exceptio firmat regulam in non exceptis, *l. nam quod liquide in fin. de penu. leg., l. quæsitum §. denique ff. de fundo instructo*, sequitur clarè, quod Monialibus nostris Capucinis concessum sit habere in communi immobilia, & ita declarasse Sacram Congregationem, refert *Barbosa ad Trid. dicto c. 3. de Regul. sess. 25. num. 6., & 7.*, deinde cum dicat (aut ex privilegio non erat concessum) patet Moniales Sanctæ Claræ primæ regulæ comprehendere, quia Monialibus secundæ regulæ id erat concessum ex privilegio Urbani V.

162 Tanto magis legata in pecunia unica solutione præstanda, quæ non veniunt nomine immobilium, ut arguit *Portell. infra citandus.*

Et ita docent ex Theologis, *Sanchez. ad Decal. lib. 7. c. 12. num. 2., Portell. in suis responsionibus moralibus p. 2. c. 24.*, ubi in puncto de Monialibus Sanctæ Claræ discalceatis primæ regulæ, *Pellizar. de Monial. c. 4. num. 1., Lezana. summa tom. 2. c. 1. n. 8., Graff. decis. aur. p. 2. lib. 3. c. 19. num. 69.*, ubi de Monialibus Sancti Damiani de Assisio, *Suarez. de Relig. tom. 4. tract. 9. lib. 1. c. 12. n. 1.*

Ex Canonistis, *Roderic. qq. canonic. regul. tom. 3. q. 29. art. 14.*, ubi ostendit eruditè, quod P.P. Capucini, & Minoritæ, idem fuerunt excepti à concessione habendi in communi in illo *c. 3. Trid. sess. 25.*, quia ipsi præsentibus in eodem Concilio insteterunt excipi; Ex quo clare constat, quod Moniales Sanctæ Claræ, quæ non erant in Concilio, nec insteterunt, non veniant comprehensæ sub exceptione prædicta, *Tamburin. de Jure Abbatissarum d. 8. q. 9. nu. 1., Miranda de Sacris Monialibus q. 9. art. 3., Barbo. ad Trid. sess. 23. c. 3.*, ubi num. 7. refert Sacram Congregationem ita declarasse, & in collectanea Bullarum collect. 507. num. 6. 7., & de universo Jure Eccl. lib. 1. c. 43. num. 84., ubi se remittit ad *Portell. loco supra citato, Novara lucerna Regula.*

ularium in V. Possidere num. 3., *Cardin. Zabarella in Clem. Ut Professores q. 7. de Regul. glos. in Clem. I. in Vers. Obedientiam de religiosis domibus, Geminian. in c. non solum nu. 11. de regul. in 6.*

Ex Juristis verò *Bald. Consil. 448. tom. 5., Lap. alleg. 4., Ubald. de success. ab intestato p. 2. de successione Clerical. num. 8., Emilian. Consil. 155. num. 2., Cephal. Consil. 98. num. 7., Honded. Consil. 60. num. 5., & conf. 76.*, ubi late, & refert ita judicatum per *Rotam Perusinam, & Rotam Romanam, Franc. March. decis. 838. num. 5. p. 2., Rota coram Cerro in Caietana Bonorum 10. Junii 1648. apud Salgad. labirint. creditor dec. 79. num. 8., & decis. 965. p. 1., & post Franciscum Mariam Marta in compilat. totius Juris tom. 6. Vers. Moniales. c. 4.*, Nec difficultatem faciat, quod dicat Moniales de secundo ordine Sancti Francisci, non enim intelligitur de secunda regula, sed de secundo ordine per ordinem ad viros, qui dicuntur de primo ordine, *Purpurat. Consil. 372. num. 9. lib. 1., Peregrin. de Jure Fisci lib. 3. tit. 14. Vers. decimaquinta concl.*, ubi redit rationem, quia tanta mendicitas non convenit Monialibus, pro ut fratribus, *Bursat. Consil. 60. num. 21., & Rota coram Merlino inter ejus impressas decis. 456. num. 7.*, ubi quod solum Capucini, & Minoritæ sint incapaces bonorum in communi, dictio enim solum, est taxativa, & exclusiva cujuscunque alterius, *Barbosa de dictionibus dict. 378. num. 1. 7.*

163 Et si quæreretur de legato in unica solutione præstando, aut etiam de legato ad aliquot annos solvendo, puta durante vita alicujus Monialis; hoc indubitatissimum est valere, cum communiter etiam validum esse dicant D.D., etiam si legetur minoritæ, quibus ex vi præfate exceptionis *c. 3. Trid.* prohibitum est habere legata annua perpetua, quæ pro immobilibus habentur, nam legatum ad aliquot annos determinatos, vel ad unius vitam, non est perpetuum, nec habetur pro re immobili, pro ut resolvit. *Rota coram Merlino. decis. 456. num. 6., & 24., inter ejus impressas, Portell. præcitato c. 24. p. 2., Layman. Theol. Moral. lib. 3. tract. 5. c. 10. num. 4.*, qui dubitat si Monachus esset juvenis, quia tunc legatum non præsumitur ad breve tempus, verum neque in eo casu dubitandum, *Diana p. 3. trac. 2. resol. 33. vers., atamen bis non obstan-*

*tibus, Sanchez. ad Decal. lib. 7. c. 26. num. 4., Abbas Conf. 63. num. 6. lib. 2., Sylvester Vers. legatum 2. q. 3., Gabriel de legatis concl. 1. n. 3. 16. 17. 26. 27., Felin. ad c. in præsentia n. 50. de prob., Ancharan. in Clem. Exvi num. 21., Federic. conf. 12., Bald. Authen. ingressi num. 59. 60. C. de sacros Eccles., Sorb. in compend. privileg. Mendic. Vers. legata Vers. si verò aliquid annuum, Barbosa in Clem. exvi nu. 7. de verb. signif., & de universo Jur. Eccl. lib. 3. c. 27. num. 75. 76.*

164 Ex quibus arguendo à majori ad minus, si Minoritæ sunt capaces talium legatorum, quanto magis Moniales nostræ Capucinæ, quæ non habent incapacitatem ab exceptione pred. Trid.

165 Accedat, quod multa legata unica præstatione implenda sunt facta Monialibus prædictis, non determinato usu, in quem pecunia sit infumenda, in quo casu præsumitur legatum pro usu, quo validius sustineatur, ut pro fabrica, ita expressè dixit *Rota in præfata decis. 456. num. 10. coram Merlino, & Barbosa de univers. Jur., Eccl. lib. 3. c. 27. num. 76., Bald. in Authen. ingressi num. 52. 58. C. de Sacros. Eccl.*

166 Immo, & si legatum Minoritis unica præstatione solvendum esset, etiam pro magna, & excessiva summa, adhuc sustineretur, ita tamen ut moderata summa expendatur pro præsentis instantis necessitate, reliquum stet apud laicum, donec alia superveniat necessitas ipsis Minoritis, & tunc iterum juxta necessitatem expendatur, pro ut respondit *Bartol. in tract. Minori. lib. 2. dist. 1. c. 3., Sorbus supra in annotat. Capucini Vers. sed si quæras, & clarè resolvit Sanchez. ad Decal. lib. 7. c. 26. num. 13., Roderic. qq. regul. tom. 2. quæst. 126. art. 1.*

167 Confirmantur prædicta omnia ex iis, quæ docet *Portell. loco supra citato c. 24. Vers. secundo principaliter*, quod licet Moniales Sanctæ Claræ primæ regulæ profiteantur rigorosam paupertatem, atamen usus, & Consuetudo explicavit, quomodo intelligenda sit talis professio, ut scilicet non fervetur adeo rigorosè, ut fervare tenentur fratres Capucini, & Minoritæ, nam in hac Civitate, & alibi Moniales, aut earum Syndici, & Superiores acceptaverunt plura legata, etiam annua, tum in pecunia, tum in rebus solvenda, & præstanda.

168 Stante ergo capacitate prædicta Monialium Capucinarum facilis est responsio ad aliam partem quæsitam, quomodo scilicet agendum contra hæredes solvere debentes &c., quod scilicet directè agi possit nomine Monialium Capucinarum, eo quia ex legato habent Jus ad illud, quod dat actionem directè ex testamento contra hæredem, *l. si legatarius ff. de leg. 3.*, Merlin. *de pignor.*, & *hypoth. lib. 2. q. 34. num. 1.*, Sicuti, & legatario competit hypothecaria, Merlin. *de pignor.*, & *hypoth. lib. 3. q. 14. num. 2.*, ubi *num. 15.*, & *sequentibus*, pro legatario competit Salvianum interdictum contra tertium possessorem; *Leoncil. decis. 131 num. 1.*, & potest agere via ordinaria, vel executiva, ita tamen, ut una electa altera non competat, *Leoncil. decis. 8. num. 7.*, Agit enim legatarius ex testamento, vel Codicillo *l. finali C. de Codicil.*

169 Potest etiam implorare officium Judicis; *Gratian. discept. for. c. 754. num. 11.*

170 Vel si honestius agere placeret, ut Moniales Capucinae magis videantur elongate à voluntate habendi, poterunt Syndici suo nomine, vel quilibet de populo agere, *Bartol. in tract. Minoricarum lib. 2. dist. 7. c. 3. num. 41.*, *Roderic. qq. regular. tom. 2. q. 78. art. 1.*, *Barbosa ad Clem. exvi num. 28. de Verb. signif.*, quia quilibet de populo potest agere, ut legata pia executioni demandentur, & impleantur; *Diana p. 3. tract. 3. resol. 33. ad finem*, *Ancharan. ad dictam Clem. Exvi num. 16.*, Potest etiam Episcopus ex Offitio mandare, ut hujusmodi legata impleantur, quia negligente hærede, executio legatorum piorum spectat ad Episcopum *c. nos quidem de testam.*, *Bald. in Aubent. ingressi num. 58. C. de Sacros Eccl.*

Prædicta quoque magis firmantur ex solutione rationum dubitandi.

171 Ad primam R., quod licet Capucinae sint tamen cum non cadant sub exceptione Capucinarum in *Trid. c. 3. sess. 25. de regular.*, ideoque sunt capaces possidendi bona in communi.

172 Ita ad secundam, negatur comprehendendi Moniales Capucinas sub nomine Capucinarum, non enim Masculinum in hoc casu concipit femininum, ut ostendit *Honded. Consil. 76. num. 25.*, ubi refert Sacram Congregationem sic declarasse, & ratio erit, quia non est par ratio in femina, ac

in Masculo, cum tanta mendicitas non conveniat feminis, pro ut fratribus, qui sibi consulere possunt pluribus modis, ut celebrando missas, exeundo è claustris, prædicando, idè *Matth. 10.* Christus Dominus misit Apostolos prædicare, eisque dixit intrantes domos comedite, quæ apud illos sunt, dignus enim est operarius cibo suo, quod non convenit feminis, & quando eadem ratio non convenit feminis, ac masculis, tunc masculinum non concipit femininum, ut notat *Decius ad l. feminae 1. num. 112. Vers. secundo*, & *Vers. tertio ff. de reg. Jur.*, tum quia masculinum non concipit femininum, quando distinctè in lege fit mentio de utrisque, *Decius supra num. 101.*, & non concipit in odiosis, *Decius ibid. num. 114.*, *Barbosa ad c. generale num. 7. de elect. in 6.*, tum ex supra dicta ratione, quia Capucini, & Minoritæ, idè fuerunt excepti, quia insteterunt excipi, non fit insteterunt Moniales Sanctæ Clare primæ regulæ.

173 Ad tertiam constat, quod Concilium loquatur etiam de bonis in futurum aquirendis, ubi dicit, & *Deinceps* bona immobilia eis possidere liceat; nam dicto *Deinceps*, importat imposterum, & in futurum; *Barbosa de dictionibus dist. 84. num. 1. ubi n. 2.*, quod accipitur in infinitum, ubi & *Rota*, tum quia Concilium loquitur indefinite, quæ loquutio indefinita equipollet universali, ut post *Bartol.*, & *Ancharan. dicit Honded. dicto consil. 76. num. 30.*, tum quia mens Concilii erat reddere Moniales capaces aquirendi, & possidendi, quod necessariò extenditur ad futurum.

174 Ad quartam negatur, vel Moniales renuntiasse, vel censeri tacite renuntiasse huic capacitati sibi ex *Trid.* concessæ, primo quia requirebatur expressa renuntiatio, & hæc neque sufficiebat, nisi fieret approbante Pontifice, ut de Soc. Jesu scribit *Sanchez ad Decal. lib. 6. c. 18. num. 14.*, quæ etiam renuntiatio Societatis Jesu non fuit ad effectum non aquirendi, sed ad effectum non retinendi, idè domus professæ potest aquirere, & vendere, *Menoch. Consil. 1014. num. 28.*, *Rota in Romana legati 10 Maii 1617. coram Burato*, quæ inter ejus impressas est *decis. 245. num. 17.*, *Gabriel. Consil. 28. num. 6. 12. lib. 1.*, & post eos *Barbosa ad Trid. sess. 25. c. 3. de regul. num. 9.*, & 10.,

& de

& de *Univers. Jur. Eccl. lib. 1. c. 43. nu. 85. 86. 87.*

175 Deinde *Suarez. de relig. tom. 4. lib. 1. c. 12. num. 2.*, & post eum *Pellizarius de Monial. c. 4. num. 1.*, dicit nullatenus præsumendum renuntiatum à Monialibus huic capacitati in earum professione, quia non possunt profiteri, nisi modum religionis approbatum ab Ecclesia, nec alius modus approbatus reperitur in Ecclesia (exceptis Capucinis, & Minoritis) nisi cum capacitate ad possidendum bona in communi, ut patet ex prælegato *c. 3. Trid. sess. 25. de regular.*

176 Firmantur prædicta, quia licet contractus, & promissiones recipiant legem à voluntate contrahentium, & promittentium *l. legem C. de pactis*, *l. 1. §. si conveniat ff. de positi*, *l. 2. C. de Jure empbit.*, *l. semper in stipulationibus ff. de Jur. juran.*, Fallit tamen in stipulationibus, quæ ab officio Prætoris proficiscuntur, in quibus magis voluntas Prætoris, quam partium voluntas attenditur *l. in conventionibus ff. de Verb. oblig.*, *l. 1. in fine ff. eo*, *Sarmient. Selectarum interpret. lib. 1. c. 11. num. 1.*, cum autem Collegium sit illicitum, seu Religio, nisi approbata à Pontifice argumento *toto tit. ff. de Collegio illicito*, maxime in *l. Sodales 4. ibi*, dum ne quid ex publica lege corrumpant, & est *tex. in c. unico de Religiosis domibus*, ubi in *§. confirmatos*, prohibetur profiteri in Religione, ubi visum tribuere solet incerta mendicitas, *Sylvester Vers. Religio 1. §. 6.*, *Barbosa in eodem c. unico num. 2. 3.*

177 Quod etiam nostræ Moniales Capucinae expressis verbis in formula professionis recitant, scilicet, quod profitentur Regulam Sancti Francisci (Approvata da Santa Chiesa).

178 Neque possunt Moniales renuntiare huic beneficio possidendi bona in communi, quia non est beneficium peculiare, sed publicum, & universale, cui nequeunt singulares regulares renuntiare, sicuti nequeunt Clerici renuntiare privilegio Clericali *c. si diligenti de foro competentis*, *Sanchez dicto lib. 6. c. 18. num. 12. in puncto.*

179 Major videtur difficultas, utrum saltem ex vi voti sint incapaces, cum intendant istæ Moniales profiteri summam paupertatem, ita ut saltem fiat contra votum ac-

ceptando bona, sicuti peccat contra votum privatum castitatis, qui ducit uxorem, licet valeat matrimonium.

180 Et difficultas urgetur ex iis, quæ docet *Bordon. resol. moral. 43. num. 20.*, ubi quod religiosus est incapax possidendi bona ex vi voti triplici Jure, naturale scilicet, quia promissio, & pactum Jure nature est servandum, *l. 1. ff. de pactis*, *Jure divino*, *psal. 75. vovete*, & *reddite Domino Deo vestro*, *Jure Ecclesiastico c. non dicatis 12. q. 1. c. Monachi*, *c. super quodam*, *c. cum ad Monasterium de Statu Monach.*

181 Verum neque ex vi voti præcisè sunt incapaces possidendi bona in communi, sed tantum in particulari, & hoc modo intelliguntur præcitata Jura, *Lessius de Just. & Jure lib. 2. c. 4. num. 21.*, quia possidere bona in communi non contrariatur voto paupertatis, ut post declarationes Sacre Congreg. dicit *Lozana in suis consultationibus Conf. 15. num. 3.*, & 4., *Angles. Flores theol. tract. de elemosina q. 8. an elemosina sit danda sanis diffic. 6. post partem secundam*, *Lessius supra num. 19.*, alioquin tot Regulares, & Moniales non essent veri Religiosi, quod est falsum, cum de essentia Religionis sit votum paupertatis, immo incapacitatè etiam habendi in particulari esse solum de Jure Ecclesiæ, late probat *Vasquez. in primam 2. q. 96. disp. 165. c. 6. num. 56.*, quia se reddere inhabilem ad actus legitimos, non spectat ad privatam auctoritatem, sed publicam legis, potest enim quis dicere nolo possidere, non verò dicere, nolo esse capacem possidendi, quia hoc est à lege; *Sanchez ad Decal. lib. 5. c. 1. num. 9.*, *Marchus Vitalis in Arca vitali tit. de paupertate religiosa inquisitione unica num. 4.*, & magis declarat *Sanchez supra num. 60. 61.*, *Azor. Instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 6. q. 4.*, Ubi quod votum solemne in substantia non differt à privato, nisi ex dispositione Juris Ecclesiastici, Votum verò privatum paupertatis non facit incapacem habendi, sicut votum privatum castitatis non facit incapacem contrahendi matrimonium, quæ incapacitas adnectitur voto solemni de Jure Ecclesiastico tantum, *Lessius supra num. 22.*

182 Quod verò deduci videbatur, quod saltem illicitè retineant, sicuti ex vi voti privati castitatis illicitè quis contrahit, Respondeo neque hoc sequi, quia ut supra notatum